

CONRADVS VVOLFF PLATZIVS THEOLOGVS BI  
beracensis.



Conradus in pago Roppenuueiler præfectu  
Cræ Marpachensis in ducatu Vuirtenbergen  
si honestis parentibus natus est, anno salutis circi-  
ter millesimo quingentesimo & tricesimo primo.  
Erat is fœlici ingenio insignis. Itaque cum literis  
destinatus esset, atque prima artium fundamenta  
in patria iecisset, sese Tubingam contulit, atque in  
ter principis stipendiatos receptus, Philosophiæ  
diligentem operam impendit, & artium Magister  
creatus fuit. Postea quoque sacris literis incubuit,  
atque earum usum sibi admodum familiarem red-  
dedit. Itaque factum ut in ea Academia omnium  
uotis S. Theologiæ Doctor crearetur. Erat is pie-  
tate quoque atque facundia naturali præditus. Itaque aliquando Tubingæ  
Verbi ministrum egit, & omnibus gratissimus fuit. id cum Magistratus Bibe-  
racensis cognouisset, hunc Conradum anno millesimo quingentesimo sexa-  
gesimo ad se uocauit, atque Vuirtenbergici principis consensu suæ Ecclesiæ  
pastorem elegit, ut afflictas conscientias Verbo Dei instrueret, & Chri-  
stumuerum mediatorem proponeret. Id quod ipse pro sua eruditione egre-  
giè præstит.